Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nit. Quid ad huc egemus testibus. Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius et colaphis eum ceciderunt. Alii autem palmas in faciem eius dederunt dicentes. Prophetiza nobis xpe quis est qui te percussit? Petrus vero foris sedebat in atrio. Accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cum ihu galileo eras. At ille negavit coram omnibus dicens

Nescio quid dicis. Exeunte autem illo in aliam vidit eum alia ancilla et ait his qui erant ibi. Hic erat cum ihu nazareno. Iterum negavit cum iuramento quia non novit hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant et dixerunt petro. Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari et iurare quia nos nosset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est petrus ubi ihu qd dixerat: prius